

Leiden, BPL 12 (Aug. 110. D. S. XI) 1. 1a
255 x 260

/H. 212^o arch. S. XI v. a. 4d.

Pateat in principio horum nominum praesentem *Witthm*?
Velociter ac summatim v. litteram non debere poni. proutiam
regula diligenter inspectis. Si enim in horum nominum
principio v. litteram scripsimus. ipsam v. aut vocalem
aut consonantem necessario accipimus. sed vocalis esse
non poterit. quia iam sequentem v. pro consonante necesse
erit accipi. cum de duabus vv. vocalibus cum i. vocali
iunctis una syllaba confici non possit. Proutiam namque
dixit. Nulla syllaba tres vocales habet. Unde i. et v. non aliter
possunt iungi diphthongis. nisi loco consonantium positae
v. tamen etiam tunc potest iungi diphthongo. cum
amittit vim litterae. ut ^{a. r. a. s.} quae. Ac vv. ~~et~~ vel vi diphthonges
non est. nec v. nisi post consonantem vim litterae amittere
potest. sed si priore v. vocali accepta sequentem v.
consonantem esse concesserimus. iam hoc nomen
quod est *Guillelmus* contra omnium auctorum
consuetudinem tetrasyllabum proferemus. Si
^{simone.} autem priorem v. pro consonante (!) acciperimus
sequentem v. aut vocalem aut consonantem
esse concedemus. sed priore consonante accepta.
sequentis quoque consonantis esse non poterit.
proutiam repugante regula duplici. Una cum
dixit. Non potest v. consonans poni nisi in principio
syllabae. Altera cum dixit. Non potest v. consonans
preponi nisi vocali. Quas regulas nobis sine
dubio obviare cognoscimus. si in oppositi
nomini ac similibus capite strampel. v.
consonantem esse dixerimus. Quod si ~~per~~